



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentissimæ Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726

VD18 80217915

Consultatio. XIX. Hypapante: ubi fit sermo de Purificatione SS. Virginis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45581

salute tuâ: O quantum mihi utraque sunt adoranda! O quantum mihi utraque videntur amabilia! Dubius hæreo inter utrumque, nescius, cui adhaream è duobus: *Hinc pascor à vulnere, illinc lactor*

ab ubero; Quò me vertam, nescio. Deluper deliberandi tibi otium relinquo, & dices mihi opinionem quam in sequenti nostrâ Consultatione.

* *

CONSULTATIO XIX.

Hypapante, ubi fit sermo de Purificatione Sanctissimæ Virginis.



Uo advenæ transibant per magnum quoddam oppidum, ubi omnis populus congregatus erat in Ecclesiâ ad celebrandum Festum Purificationis Sanctissimæ Virginis; cùmque ambularent per plateas, viderunt omnem illam multitudinem hominum egredientem è loco hoc Sancto, qui omnes portantes accensas in manibus suis candidas processionem adornabant juxta ritum Ecclesiæ. Spectaculum hoc quod nunquam viderant (non enim erant Christiani) rapiebat ipsas in admirationem, cùmque hujus ignorarent rationem, aspiciabant se invicem, lætè mutè interrogabant: An facti sunt hi homines, quòd tantas accendant candelas, dum plenus irradiat & candidat dies? Curiositate ducti trahabant moras, ut viderent rei fi-

nem; exin inter proseguendo, recensabat unusquisque, quid sibi dicitaverit imaginatio super id, quod conspexerant.

Incedebant admodum lentè, & respiciebant identidem post se, ut viderent, an veniret quisquam, qui ageret sibi hujus ænigmatis expositorem: & nos, qui exivimus ex Ecclesiâ cum duobus bonis presbyteris, quos accepimus viz comites eandem cum advenis tenentes semitam, animadvertimus à longè, & vix non oculis vidimus, quòd revolverent aliquid mente, quo non levi involverentur difficultate; acceleravimus aliquantisper gradum, ut assequeremur ipsos; & ipsi non solum subsistebant nos expectaturi, sed etiam aliquot passibus regressi concesserunt obviam nobis.

Cùm nobis jam essent proximi antequam nos salvos esse juberent, duorum unus perquam aspexit nos

Nann 3 inter-

Occasio
hujus Consultationis

interrogavit; an capti sunt mente homines in hac regione, quod illucescente die pleno accendant ita candelas, & quantum observavi, candelas etiam certas? quid hauriant voluptatis ex impensis tam inutilibus, & facto omni sanæ menti adversario? Hæc interrogatio tam rudis, tamque temeraria petcelluit nos omnes admiratione, persuasitque nobis, illos esse vel inscios, vel impios; inscios, quibus explorata non essent nostræ religionis mysteria; impios, qui fannis & fœtibus vellent profcindere illa. Et hoc succendit Zelum charitativi nostri ductoris, ac vehementissimum in ipso excita-

vit desiderium, vel instruendi illos patienter, si essent inscij; vel arguendi illos vehementer, si essent impij: Verùm cum ipsos paulisper hæc super te explorasset, illico cognovit, plus illis esse inscitia, quam malitia, adeoque ipsos indigere magis informatione, quam redargutione. Voluit ergo illis ante omnia id dare, quo magis indigebant, nempe nostrarum declarationem veritatum. Et ut inciperet ab intelligentiâ mysterij cui illusetant, ita nostram exortus est Consultationem, quam confectus mus totam integram cum ijs, & nostris presbyteris.

ARGUMENTUM.

Explicatio Cæremonia, quæ adhibetur in Purificatione Virginis Sanctissima.

ARTICULUS I.

Cur opus sit habere intelligentiam nostrorum mysteriorum.

Religio composita est ex corpore & animâ, ut homines, qui proficentur illam; sensa interna sunt ipsius anima, & cæremoniae exteriores sunt ipsius Corpus; & unio horum duorum constituit vitam Religionis, & horum separatio conciliat illius mortem, sicut separatio Corporis & animæ conciliat mortem hominis. Aspicere hominem, qui ambulat, qui agit, qui que conficit diversas adiones, est ipsum videre, sed non est ipsum cognoscere, sciendum id est, quod est in ani-

ma; oportet igitur ad hoc ipsum loqui, nobisque manifestare suæ intentiones animæ, suique sensa cordis, affectus & desideria, si bene cognoscere ipsum velimus. Quando aspexisses omnes cæremoniae exteriores, quæ exercentur in unoquoque Religionis mysterio, non vidisses nisi ipsius corpus; oportet igitur, quatenus perfecte cognoscatur, ut totus hic exterior apparatus, qui obijcitur sensibus, loquatur tuo animo, tibi que exponat id, quid significet.

Aspes

Aspexistis transeundo unam splendidissimarum Cæremoniarum, quas usurpamus in Religione Christianâ: saltem hæc illa est, quæ resplendet majore cum lumine, cum hodie ubique accensa videre sit lumina, non solum hæc loci, sed in omnibus Ecclesijs mundi, ubi hodie omnes Christianos videre est eum accensâ cerâ in manibus: tanti in pleno die succensi ignes offuscant vobis oculos; tanta aspiciendo lumina vidistis nihil, nihilque hæc comprehendistis; Et interrogatis, an homines illi memento sint capti? Verum si cognoveritis spiritum & intelligentiam pulchræ hujus ceremoniæ, invenietis thesauros sapientiæ in illâ, quam perficiunt; actione.

Quando dicerem vobis, quod omnes hi ignes, quos vidistis, quique etiam accenduntur in totâ universali Ecclesiâ, sint ignes festivi, ignes gaudij, quod omnes Christiani concipiunt hodie ex Nativitate Dei sui, & Salvatoris sui; vel quod Ecclesia in terris, possidens per Nativitatem hanc eundem Deum, qui regnat in cælo in Majestate gloriæ suæ, imitari contendat cælum, refulgere volens totidem luminibus, quot stellæ in Firmamento conspiciuntur à nobis: an perfringere id velletis notâ stoliditatis?

Vel quando vobis dicerem, quod publica hæc sit professio fidei ipsorum, & idonea declaratio præ-

digiorum, quæ inclusa in hoc mysterio, ubi Sanctissima Virgo concedit in Templum, quadraginta diebus à partu suo elapsis, portans in brachijs suis Filium suum Unigenitum, quem esse vult Deo quodque omnes Christiani imitentur ipsam, portantes in manibus suis symbolum Veritatis, quam illa portat in suis brachijs. Nos credimus, divinum hunc instantem esse Deum. Hominem, ipsamque verè portare Divinitatem & Humanitatem in Personâ suâ unitas; & ad representandum admirabilem hanc veritatem portant omnes Christiani cereos in manibus suis accensos.

Ardens cereus componitur ex cera & igne. Jam non habemus symbolum magis idoneum ad representandum Divinitatem, quàm ignem; *Deus noster ignis consumens est*; nec figuram magis luculentam Sanctissimæ Humanitatis quàm ceram, quæ est opus apium, quæ Sanctus Ambrosius appellat Matres Virgines, ed quod mel suum, ceram suam, & insuper fetus suos producant absque ullâ sexûs commixtione: nil habemus, inquam, quod melius representet Sanctissimam Humanitatem Infantis JESU, qui est opus omnino prodigiosum Matris Virginis omnium Virginum purissimæ: Sic cera juncta cum igne in cereo representat Divinitatem junctam Humanitati in Divino hoc Infante.

Cereus talis
census re-
presentat
Christum
Deum ac
Hominem,
Deut. 4.

Quæ rationes, cur Christiani portent candles accensas in festo purificationis,

O si haberetis intellectum illuminatum verâ cœli scientiâ, aspiceretis omnes Christianos in tam pulchro ordine incedentes, & cereum accensum in manibus portantes, velut totidem imagines & symbola Sanctissimæ Virginis: Ipsa portat divinum Infantem suum in brachijs suis, ipsi splendidam portant imaginem in manibus, cereum accensum, qui est cera & ignis, quod representat Divinitatem & Humanitatem unitas in Unigenito Sanctissimæ Virginis Filio. Ipsa igitur portat in Templum cereum benedictum, saculam æternitatis, quam ipsamet ex parte composuit, subministrando ceram Sanctissimæ Humanitatis, quamque Deus Pater tradidit ipsi totam ardentem & accensam, cum contulerit & dederit ipsi Divinitatem; & hæc etiam est causa, cur cereos accensos portemus in manibus, per quod renovanda nobis esset grati animi memoria cum sancto quodam Abbate, qui propter eâ illi grates rependens aiebat: *Tu cereum preparasti, quem accipi.* Num quaereris adhuc, an homines isti sint mentis expertes, dum exercent caremoniam tam plenam pietate, sapientiâ, & sanctitate?

Parva hæc lux, quam dare incipit hisce advenis, fuit quasi primus auroræ radius, qui paulisper incipit dissipare densiores noctis tenebras. Omnes oculi desiderant & diligunt lucem, quamvis non om-

nes possint magnum illius portare splendorem: Et omnes animi amant veritatem, etsi omnes non habeant robur ad portandam molem veritatum majorum: Hi viri, quibus ingenium erat naturale sat bonum, sed infelix ex eo, quod involutum esset profundæ ignorantie tenebris, quantum res Dei concernit, tantam hauriebant voluptatem ex eo, quod ipse dicebat illis, ut plures ei proponerent quaestiones, quatenus obstringerent sic ipsum ad sui prosecutionem descursus.

Tu dicis, quod caremonia vestita sit ad honorandum vel imitandum Matrem Virginem, quæ vobis produxerit Deum-Hominem; permitto te credere omnia hæc mysteria, quæ non intelligo, sed admiror, quod hæc Mater Virgo, hæc Mater Dei, quæ tantæ debeat esse puritatis & sanctitatis, ut nec minima macula sit in illâ, concedat in Templum, & uti dicis, ut ibi Purificetur: Non video hujus rationem; Nam si tota est pura, quomodo indiget Purificatione? si non est tota pura, quomodo digna est habita, ut esset Mater Dei? Hoc erat satis appositè ratiocinari juxta rationem bonam naturalem, sed sapiens Ductor & Doctor noster egregiè respondit ipsi.

Verum est, Matrem hanc Virginem semper fuisse purissimam, ac Filium ipsius Unigenitum, qui
Deus

Cur huius
Sanctissima
Virgo ven-
dar in tem-
plum, ut
purificetur?

Sanctissima
Virgo
hinc
obedi-
legi.

Deus & Homo est, esse Puritatem ipsam, sicque nec Filium, nec Matrem indiguissse Purificatione. Sed dederat Deus legem Judais, vi cuius obstringebantur omnes Matres ad tria; primùm, ut se presentarent in Templo quadagesimo die à partu Filij, non citiùs, nec tardiùs, ob-annotatas in ipsâ Lege rationes. Secundùm, ut offerrent Deo duos turtures, vel duas columbas in sacrificium, quatenus per hunc religionis actum purificarentur. Tertiùm, ut ipsamet offerrent Filium suum Deo, velut donum ab ipso acceptum; & si erat primogenitus, censetur specialiter pertinere ad Deum, in agnitionem beneficij, quòd totus populus receperat olim ab ipso, quando liberavit eos à servitute Egypti, eodem tempore occidens omnes Egyptiorum primogenitos, ut doceret timere eos Deum Hebræorum sicque eos obstringeret ad restituendum hunc populum libertati suæ. Ecce tibi legem!

Jam certum est, nec Filium, nec Matrem indiguissse Purificatione, eòquòd nihil purgandum haberent in suâ personâ; nihilominus observare volebant legem, & publicè externam illius exhibere cærimoniam; quandòquidem ceu exemplar servire debebant toti Israël's populo; & magis adhuc, quia exercebant in hâc actone plures magnas virtutes, quæ summè placebant Deo, quæque jam inci-

L. P. Isaac Consultas, Tom. III.

piebant operari salutem mundi; uti sunt, obedientia, humilitas, summa adoratio, Dei, sacrificium, oratio, devotio, & plures alij actus virtutis religionis; & tandem, quia antiqua lex, quam dederat Deus huic populo, hoc tempore exspirabat, & ipsemet Deus eo nomine veniebat, ut aboleret illam, & pro illâ legem stabiliret novam, æquum omninò videbatur, ut sepeliret etiam ipsemet illam honorificè in suâ personâ.

Sequitur ergò ipsos obligatos fuisse ad observantiam hujus legis, concludebat exin advena; sed videtur mihi sana repugnare rationi, dicere, obligatum esse Deum ad aliquam legem, vel Matrem suam alicui legi subjecisse, quam non nisi pro suis condiderat subditis. Desuper Presbyterorum aliquis, qui se nobis socium adjecerat, cuique nomen Methodius, sermonem exorsus dixit: Teneo pro certo, nunquam aliquam Matrem miris obligatam fuisse ad legem Purificationis Sanctissimâ Virgine: Alter, cui nomen Glicæ, quantumcyus tuebatur contrarium: Quantum ad me, sustineo, nunquam magis Sanctissimâ Virgine aliquam Matrem obstrictam fuisse legi Purificationis: Ecce cui modò adhibenda fides, adjunxit advena? Audiamus libenter decisionem hujus controversiæ.

— (O) —

O O O O ARGU.

Controver-
sia pro ho-
nore San-
ctissimæ
Virginis.

ARGUMENTUM.

*Nunquam aliqua Mater minus obligata fuit
Sanctissima Virgine ad Legem Purificationis.*

ARTICULUS II.

SI Sanctissima Virgo, incepit Methodius, subjecta fuisset Legi Purificationis, non celebraremus Festum de ipsa: Quare non? opposuit Glycas; quia quando femina obligatur ad se purificandum, est hæc ceremonia humiliationis, expiationis & poenitentia pro illâ: Festum non est nisi pro Sanctissimâ Virgine, eoque pro illâ sit dies triumphus & gloria; triumphus fert secum gaudium, & gaudium triumphus est maximum quoddam Festum. Vis intueri, quàm procul abfuerit ab eo, ut communi Purificationis subderetur legi?

Tres rationes obstringebant omnes alias Matres ad observantiam legis; & eadem tres rationes eximebant manifestè ab illâ sanctissimam Virginem.

Prima erat peccatum proto-parentum nostrorum: Verum est, fuisse virum, qui pepererat hoc monstrum, sed femina prius id conceperat; & in poenam magnæ hujus noxæ condemnavit illam Deus cum omnibus alijs, ut Matres non essent, nisi cum pluribus magnis incommoditatibus, & non nisi paterent eum dolore. Suppli-

cium ipsorum præsens renovat memoriam peccati præteriti, & rededit illud quasi adhuc præsens; & propterea omnes feminae censentur immunda, postquam pepererunt, & optime nôrunt ipsæ, id non esse sine causâ. Locus sanctus ipsis in hoc statu est prohibitus; & lex antiqua relinquebat illas in hoc statu humiliationis & poenitentia, ad minimum saltem spatium quadraginta dierum; & cin obstringebat eas, ut præsentarent se ad portam Templi, ubi non admittentur, nisi post oblata duo munera, unum pro reddendis, alterum pro postulandis gratijs: *Offeret duas* Levit. 12. *ovulas, unum in holocaustis, alterum pro peccato:* Et Sacerdos orabat pro illis, ut purificarentur per sacrificium & orationem. Ecce primam rationem, quæ subiciebat omnes Matres legi Purificationis.

Eadem ratio luculenter eximit ab eâ sanctissimam Virginem, eoque quod ipsa nunquam fuerit particeps peccati proto-parentum nostrorum; consequenter non toleravit illius poenam, sicut ceteræ omnes mulieres. Quando igitur dixit Deus: *Multiplicabo erumnas tuas, & conceptas tuos, in dolore paries filios;* Hæc ratio non tangit Sanctissimam Virginem. Gen. 3. v. 16.

Matres obstringebantur legi purificationis ob peccatum proto-parentum nostrorum,

De Purifica-
tione Virgo
non fuerit
subiecta le-
gi Purifica-
tionis.

filios; id non concernit Matrem admirabilem, quæ concepit Filium suum Unigenitum, velut in splendoribus Sanctorum, in medio omnium gratiarum, & per operationem Spiritus Sancti, quæ portavit illum in purissimo utero suo absque minimâ incommoditate; quæque peperit illum post novem menses, non solum absque ullo dolore, sed abundantissimo & divino cum gaudio; cum Virginitas ipsius puritas semper fuerit conservata ante, in, & post partum ipsius; & quod talem decet Matrem, talemque Filium, minima immunditia non sedaverit ipsius partum, eoque Filius ipsius adorandus purior egressus fuerit ex Utero ejus, quam egrediatur è sole ipsius radius. Quis ergo diffitebitur, illam nullatenus obstructam fuisse legi purificationis, nec illi, quæ arcebat ab ingressu Templi velut immunda, nec etiam ad offerendum Deo sacrificium expiationis pro remissione peccati?

Altera ratio, quæ universaliter orones mulieres subiciebat obligationi legis est, quod omnes ipsarum Filij Concepti fuerint in peccato: *In peccatis concepit me Mater mea*; quodque ipsæ non pepererint mundo nisi inimicos Dei, quos æquissimâ prosequatur indignatione. Nolo dicere, quod Patres & Matres semper obnoxij sint crimini in filiorum suorum generatione; tamen Filius, quem progri-

gunt, semper peccator est; non solum, quia nascitur reus peccati originalis, quod secum affert ex utero Matris suæ, sed etiam, quia contrahit in ipso certam quandam inclinationem depravatam, certum quoddam germen peccati, quod naturalem appellamus concupiscentiam, quæ incessanter ipsam stimulet, & impellat ad malum, quæque cum tempore plurimum peccatorum funesta fiat radix & origo: Nonne merito Mater hujus rei, quæ in lucem profert inimicum Dei, quæ illam dat mundatam malè affectum, contectatur immunda? Nonne æquum est, ut illa se humiliet coram Deo, sequatur purificet in Templo? procul dubio ex unicâ hâc ratione, strictissimè adimplenda legi tenebantur.

Sed similiter e contra perfectè ab ipsâ eximebatur Sanctissima Virgo: Quis enim audeat dicere, quod conceperit Filium suum Unigenitum in peccato? Nonne ipse est Deus, Sanctus Sanctorum, Agnus Dei, qui tollit peccata mundi? Quis affirmare audeat, quod ipsa genuerit inimicum Dei, quem suo is prosequatur odio; Nonne ipse est dilectus Patris, in quo is sibi bene complacuit? Quis dicat, MARIAM fuisse immundam habitationem, eoque Deum genuerit purissimum; vel propterea obstructam fuisse, ut templum adiret se se purificatura, quæ vivum erat Templum Dei? Certum igitur est,

nullam unquam fuisse Matrem minus obligatam ad purificationem Virgine Sanctissimâ.

Matres tenebantur se purificare, eòquòd cessaverint esse Virgines.

Mulier se suscepto semine peperit. *Levit. 12.*

Verba legis denotant Sanctissimâ Virginem non fuisse obligatam.

Denique tertia ratio, quæ omnes alias Matres obstringebat ad observationem hujus legis, sed ab eâ quoque eximebat Sanctissimam Matrem Dei, consistit in proprijs Scripturæ verbis, quæ hujus imponebant & simul exponebant obligationem. Obligabat hæc omnes alias, eòquòd Matres fieri non potuerint, quin cessarent esse Virgines, quòdque recipiendò facultatem, quâ essent fecundæ, maximò sexûs sui exuerentur ornamentò, integritate suâ. Opus ipsius erat Purificatione, eòquòd exemptæ non fuerint à corruptione, quòdque cum non conceperint absque voluptate, & turpi immoderatione concupiscentiæ, condemnatæ sint ad non parendum, nisi cum magno dolore, cujus vehementia copiosum ab ijs extorquet sanguinem, velut à reis & facinorosis, quas justitia Dei castigat pro peccato primorum suorum parentum: Et idèò æquissimum erat, ut humiliarent se ante Deum, reconciliaturæ se cum ipso in Templo suo.

Manifestum omninò est, hanc legem exemisse etiam luculenter Sanctissimam Virginem, sicut omnes obstringebat ceteras; eòquòd ut esset Mater, non cessaverit esse Virgo, quòdque cum acceperit à Spiritu Sancto, non à viro munus

fecunditatis, nil perdidit è perfectâ suâ integritate, sed potius ex eo hanc auxerit atque perfecit, sicut Ecclesia ad ipsius laudem modulatur: *Matris integritatem non minuit, sed sacravit;* quæ verba desumpta sunt ex Sancto Augustino: eòquòd ipsa conceperit absque voluptate, adeòque absque inordinatione concupiscentiæ cujus ne quidem sensit unquam oppugnationem, eòquòd non habuerit in se illius principium, quòd est peccatum originale. Et tandem, cum pepererit absque dolore, id fuit absque ullâ violentiâ, & absque minimâ impuritate. Tibi esset igitur obligatio vel necessitas sese in Templo purificandi? Et ex hoc deduco veritatem propositionis, à me factæ, quòd nunquam aliqua Mater minus obligata fuerit ad legem Purificationis Sanctissimâ Virgine.

Nihilominus videtur, credidisse ipsam, obligatam se esse, eòquòd tandem se illi subjecerit, objecit Glycas: nonne conspecta est, exactissimè observâsse illam, non minus cæteris omnibus? Verum est, respondit Methodius, quòd se subjecerit; sed ipsamet imposuit sibi legem aliam, quàm illam Purificationis, quâ non tenebatur. Lex ipsius erat lex boni exempli, cum nullum præbere voluerit scandalum proximo. Jam quis dubitat, quin omnes accipere potuissent occasionem scandali, si vidissent, quòd exemerit se ab observantiâ legis

3. August. serm. 24. de temp.

Sanctissima Virgo voluit purificari, ut daret bonum exemplum & evitaret scandalum.

Alia m...
to, cur...
hæret...
hæret...

legis, quam omnes alie mulieres tam accuratè observabant. Quid cogitati potuisset, si fuisset conspectum, quòd negligeret hoc exercitium velut Sanctum ab omnibus existimatum, cum tamen omissionis hujus non constaret causa? non enim constabat, ipsam esse Matrem Dei; notum tamen erat ipsam esse exemplar Sanctitatis, expositum oculis totius populi: Quantam admirationi dedisset aniam, si legalem non observasset cærimoniam, quæ tam religiosè à cunctis observabatur? Quantò enim magis virtutibus quis eminet, tantò facilis scandalum præbet mundo, si videatur in minimo suis deesse partibus. Lex boni exempli te obligat ad faciendum id omne, quod mundus expectat à te, quòdque rationabiliter credit teneri te facere in statu, quem tenes, & juxta zelum, quem te habere supponit; & si in hoc deficias, ecce mox scandalum mundo & omni populo: edquòd occasio id illi sit ruinæ, per quam facile quoque defleat & trahitur ad relaxationem; ecce igitur legem, quæ obstringebatur ad hanc observantiam.

Alie moti-
vi, cur vo-
luerit puri-
ficari.

Ulterius lex ipsius erat zelus, quem habebat nobilissimam exercendi, obedientiam: Non contenta autem ipsa erat timore displicendi Deo, ex eo, quòd suo deesset muneri, sed etiam placere ipsi volebat, faciendo plus, quam

sua erat obligationis: & idè ad amissim exequabatur non tantum sui partes muneris, sed etiam ea quæ hujus non erant, ex abundantia bonæ voluntatis, & fidelitatis auctario.

Lex ipsius tandem erat, exercendi virtutes summè heroicas, in omni suâ perfectione. Quis comprehendere posset excellentiam humilitatis, quam in hac exhibuit functione? sacrificabat enim omnem suam gloriam, & insuper illam Filij sui unigeniti, accensendo se agmini fœminarum, quæ indigent purificatione, ac si Virgo Mater non esset, & Filium suum cœtui peccatorum, ac si non esset DEUS.

Sanctus Augustinus exponens s. August. hæc verba Psalmi 18. *In sole posuit in psalm, tabernaculum suum*, intelligit per 18. hunc solem humilitatem sanctissimæ Virginis in quo Filius Dei descendens in hunc mundum, confederit velut in throno gloriæ suæ. Quid inquis, interpellat Glycas, quod in mente S. Augustini humilitas sanctissimæ Virginis representatur per solem? Itane humilitas, quæ est virtutum obscurissima representetur per solem, qui illustrissimus est Rex astrorum?

Cur humi-
litas bene
represente-
tur in sole.

Quid ergo similitudinis inter utrumque? Nonne potius sibi invicem contrariantur? Sed reverà nihil est illis similius: Quemadmodum enim sol abscondit & ofuscet cætera omnia sidera coram

O o o o ;

se,

se, ut appareat ipse solus (quamvis non velit aspici, cum ita se abscondat proprio suo lumine, ut à nemine videri possit) ita vera humilitas abscondit omnes alicujus animæ perfectiones, & consequenter abscondit semetipsam, in quantum potest, & haberi vellet pro vilitate, non humilitate.

Humilitas
Sanctissimæ
Virginis in
Purificatio-
ne mon-
strata fuit
quasi sol re-
fulgens,

Ubi hæc sunt omnes excellen-
tiae & perfectiones sanctissimæ
Virginis, quæ excedunt id omne,
quidquid hominum Angelorum-
que linguæ valent enunciare? Ita-
rum apparet nihil; scæminarum
credereetur esse simplicissima: Ubi
est illa, quam possidet, gloria, per
quam est Virgo Mater, & Mater
Dei? Omnia hæc absconduntur
sub profunda humilitatis ipsius
velo in functione, quam exercet
in templo. Ubi incomparabilis
est honor, quem possidet super
omnes alias creaturas, ex eo, quod
concepit per operationem Spi-
ritus Sancti, quod genuerit abs-
que dolore, & absque minima im-

putate? Ipsius humilitas est sol
offuscans omnia hæc firmamenti
sidera. Ubi est ipsamet hæc tam
profunda, tam admirabilis, tam
refulgens ac splendida humilitas?
illa ipsamet non apparet, non e-
nim perficit nisi opus quoddam
usitatum & commune omnibus
scæminis, disparere faciens omnes
alias perfectiones hujus Matris Vir-
ginis; ipsa tam bene abscondit se
ipsam, ut non videatur. Et tan-
dem, quamvis verum sit, nun-
quam aliquam Matrem minus ob-
ligatam fuisse ad legem purificatio-
nis sanctissimæ Virgine, nihilomi-
nus id non apparet, edquod om-
nia involuta sint velo profundæ
ipsius humilitatis.

Sed videtur mihi, reponit Gly-
cas, sat clarè videri indispensabi-
litem ipsius obligationem ad obser-
vandam legem Purificationis, si
bene consideretur: quod de non
strare tibi conabor, si tam benignas
loquenti mihi præbere volueris
aures, sicut præbui tibi.

ARGUMENTUM.

Nunquam aliqua Mater ita obligata fuit ad legem Purificationis, sicut Beatissima Virgo.

ARTICULUS III.

TRia utilitatum genera obligabant ipsam ad hoc non leviter: In primis utilitas ipsius propria; secundò utilitas Dei; terciò utilitas nostra. Au-

sculta bene probationes, quas deus super tibi afferam; tam breviter illas constringam, ut ex ijs afficiendus non sis tardio, illasque inventuras tam solidas, ut rejicere, illas non poteris. In

ita refer-
retur Deo
sibi

In primis utilitas sanctissimæ Virginis vehementer obligabat ipsam, ad sistendum se in Templo, et à lege Purificationis designato, ut gratias redderet Deo, sicut omnes aliæ Matres, pro incomparabili beneficio fecunditatis; siquidem non nisi solius DEI prerogativa est, communicare posse esse suum alteri, & progignere sibi simile. Theologi Hebræorum, qui erant legis Doctores, credebant ita esse, quæ reservata sunt Omnipotentis Dei; resurrectionem mortuorum, pluviam cæli, & fecunditatem Matrum: Et S. Paulus asserit nobis, quod omnis paternitas sit à Deo, eoque ipsius is sit principium; eoque hanc gratiam suis includat thesauris, ut cuiusque placuerit, largiatur illam; & ideo omni tempore accesserunt templum Matres à partu suo, ut redderent gratias Deo pro beneficio fecunditatis suæ, quam receperant ab ipso. Quando igitur sanctissima Virgo aliam non habuisset causam, nisi quod esset Mater, obligata fuisset ad sanctam hanc cæremoniam, non minus quam aliæ Matres.

sanctissima
Virgo ma-
gis obliga-
tur ad
reddendum
gratias Deo
pro fecun-
ditate suâ,
quàm om-

Verum si consideres, cujus sit Mater: Non solum Mater est alius hominis sicut aliæ Matres; Sed Mater est proprii Filij DEI. Compara Filium ipsius Unigenitum cum Filijs omnium Matrum (ab Evâ quæ prima est usque ad ultimam, quæ erit in fine sæculo-

rum) Nonne hic infinita ratione superabit illos? Evidens ergo est, sanctissimam Virginem magis obstringi Deo solam cunctis alijs simul matribus, eoque plus receperit ab ipso; ipsamque consequenter obligari non solum magis quavis aliâ in particulari, sed plus cæteris omnibus, ad agendum Deo gratias in templo, eoque tam locuplete fecunditate fuerit ab ipso honorata. Verum nimis adhuc id patum est.

Non oportet comparare obligationes sanctissimæ Virginis, ob divinam suam fecunditatem, obligationibus omnium simul creaturarum; comparate oportet eas cum illâ Dei ipsius, si per impossibile hic obligari cuiquam posset, ob divinam fecunditatem suam: siquidem si accepisset à liberalitate cujusquam alterius potentiam producendi Filium suum Unigenitum, nonne obstringeretur ipsi infinita ratione, eoque infinitum ab ipso accepisset bonum? Sed quia habet hanc potentiam à seipso tenetur ex eo nemini; omnis obligatio tangit solum sanctissimam Virginem; quæ, cum hanc potentiam non habeat à seipsâ, recepit eam ab illo, ex pura omnino gratiâ. Quanta gratia, ô amantissime DEUS, esse propriam matrem ejusdem Filij, cujus DEUS est Pater ex propria suâ naturâ divinâ.

Quæ putas fuisse hæc super re
Sanctissima
cor-

nes aliæ
Matres si-
mul,

Fecunditas
Sanctissimæ
Virginis
comparatur
illi Patri
æterni.

Virgo offerit Deo thesaurum, quem accipit.

cordis ipsius sensa? Quantum se credidit obligatam ad exsolvendum in templo grates suas Deo! Sed quales, grates reddere DEO posset, nisi offerendo ipsi eundem thesaurum infinitum, quem ab ipso accepit? Et ideo in suis brachijs oportet ipsa Filium suum Unigenitum, illumque manibus consignat boni Senis Simeonis, ut illum offerat Deo nomine totius naturæ humanæ; & potissimum nomine sanctissimæ Matris suæ. O quantum desiderasset ipsa omnes creaturas mutari in corda & in linguas, ad rependendum secum grates Deo! quantum ad me, credo, non posse exhiberi ipsi acceptabilius obsequium, quam si adjuvetur in agendis sine intermissione Deo gratijs pro tam ingenti beneficio. Et ecce quomodo propria ipsius utilitas eam summè obliget ad legem purificationis, magisque cæteris matribus.

Ipsa infinità ratione honorat Deum, offerendo illi Filium suum Unigenitum,

Secundò utilitas Dei obligabat adhuc magis ipsam: Utilitas Dei est ipsius gloria; propterea enim fecit omnia, nec unquam aliam habere potest in omnibus, quæ facit extra seipsum. Jam sanctissima Virgo in suis tenebat manibus infinitum gloriæ ipsius thesaurum in personâ Infantis JESU. Nostri Theologi considerant duo genera gloriæ in Deo: Unam nuncupant internam, quæ consistit in propriâ, ipsius divinitate; alteram vocant externam, quæ consistit in laudi-

bus & summis honoribus, exhibitis ipsi à creaturis suis. Utraque gloria tota erat inclusa in divino hoc Infante, quem sanctissima Virgo suis stringebat manibus; gloria interna, quia verè est Deus, possidens omnes excellentias infinitas Dei Patris; & gloria externa, eodquod per ipsum solum dignè glorificetur DEUS à creaturis suis.

O sanctissima Virgo, quis æstimare possit divitias, quas tuis complecteris manibus? Quis comprehendere possit dignitatem sanctificationis quam obis & perficis in templo? præstas Deo homagium, & offers illi omnem gloriam suam, etiam internam, eodquod offeras illi Deum æqualem ipsi in omnibus, postquam reddidisti ipsam illo inferiorem, faciendo ipsam hominem. Quantum prodigium! Quando vider ipsum in sinu tuo, & in brachijs tuis, recipit ex eo gloriam infinitam & talem, ut illa non possit exigere majorem. Neque id satis est; siquidem non solum offers illi gloriam suam internam, sed etiam omnem externam: Habes illam in manibus tuis; inclusa est enim in charissimo Filio tuo, velut in suo principio: Et quousque hoc extendit se? Dilata & extende cogitationes tuas in omnia tempora, & cuncta in loca à creatione mundi, usque ad consummationem sæculi; & ab uno polo usque ad alterum

cods

Ipsa habet infinitam gloriam externam & internam in suis manibus, ut offerat illum Deo.

Virgo offerit Deo thesaurum, quem accipit.

Virgo offerit Deo thesaurum, quem accipit.

conijce oculos tuos in omnem infinitam multitudinem hominum : Considera omnia ipsorum opera, & omnia virtutis Religionis exercitia, quæ spectant ad cultum supremum DEO debitum ; & denique ea omnia, quæ unquam facere potuit terra ad placendum Deo, & procurandum ipsius gloriam, & ex omnibus his nihil videbis, quod placuerit DEO, vel quod illi reddiderit gloriam, nisi per Jesum Christum Unigenitum Filium tuum.

Ecce magni momenti functionem, quam virgo conficit in Templo ! Sola tu solvis omniam creaturarum debita, & potissimum illa totius naturæ humanæ : Erat hæc debitorum infinita ratione DEO. Verum est, cœlum misisse nobis totum suum thesaurum ad exsolvendum nostra debita, sed tu omnis boni nostri eras depositaria ; non poteramus satisfacere DEO nisi per te, expectabat sibi fieri hanc maximi ponderis satisfactionem non nisi à te in Templo suo. Nonne igitur legitime deduxi, quod utilitas DEI obligaverit te magis, quam omnes alias simul Matres, ad observandum legem Purificationis ?

Tertio utilitas miserorum peccatorum, quam cutandam suscepit, indispensabiliter, obligabat ipsam ad observantiam hujus legis ;posito igitur, id non fuisse, ob propriam ipsius Purificationem, eoque quod non indiguerit illâ, opus ta-

R. P. Isaac, Consultat. Tom. III.

men eâ fuit ob purificationem nostram. Aspice, quod vadat ; vide, quid agat, & observa omnes illius gressus ; vadit ad Templum, locum Sacrificio destinatum ; portat se cum DEVM passibilem & mortalem, quem mundus jam expectabat à creatione suâ, ut esset pretiosa victima, cujus innumera hostiæ jamjam in Templo mactatæ & oblatæ, non erant nisi figuræ & promissiones, quæque sola evincere & efficere nostram poterat Reconciliationem ? Illa hanc consignat senis optimi Simeonis manibus, velut manibus alicujus Sacerdotis : Quid facit victima intra Sacerdotis manus, nisi ut immoletur DEO ? Non adhuc est tempus hic nec locus Sacrificij cruenti ; nec est etiam adhuc spectaculum maximæ crudelitatis : nihilominus aliquam intueor ducem, expensa & in altum sublata Sanctissimæ Virginis brachia, ad offerendum in sublimi victimam suam : *Extendens enim sanctas ulnas Dominum portavit* ; Aspicio sacrum amorem, agentem partes executoris, ad configendum uno eodemque ictu mortali Cor Filij simul & Matris : *Tuam ipsius animam doloris gladius pertransiit* : Et quando aspicio inter hæc omnia hunc gaudij cœlestis torrentem, quo perfunduntur omnium corda, Sacerdotis, victimæ, & Crucis illam portantis ; dico, Benedicamus DEUM : Omnia sunt in salvo ; cœlum contentum est,

PPPP

nostra

nostra reconciliatio est facta, nostra in securo utilitas. Ecce tibi opus Sanctissimæ Virginis per Filium suum Unigenitum.

Sanctissima
Virgo est
Redem-
ptrix Re-
demptoris.

Jubebat lex, ut primogenitum omnium animantium consecraretur DEO, ipsique immolaretur in Sacrificium in Templo suo; sed primogenitum hominis pro eo, ut immolaretur velut bestia, voluit redimi à parentibus suis; cui legi obsequens Sanctissima Virgo, postquam obtulerat DEO primogenitum suum, redemit ipsum, ut conservaret illum sibi & nobis possessionem æternam. Sic ipsa Redemptrix est Redemptoris totius generis humani, eoque proprio bono suo redemit illum, qui redimere nos debebat pretioso suo sanguine. Et hæc ratione curavit illa utilitatem nostram, dum Templum accessit Jerosolymitanum. Junge modò hæc omnia simul; utilitatem Sanctissimæ Virginis, utilita-

tem DEI, & utilitatem nostram, & adverte omnes tres non leviter obstringere Sanctissimam Virginem; & faceberis, non immeritò me dixisse, quòd nunquam aliqua Mater ita fuerit obligata ad legem purificationis, sicut Beatissima Virgo.

Hæc causa tam bene ex utraque parte fuit propugnata, ut tota societas ignoraverit, in cujus favorem suam pronuntiare deberet sententiam; ambo videbantur obtinuisse palmam, neuterque celebratur condemnandus; sic quilibet lubens suum utrique assensum præbuit & approbationem. Sed quia hæc omnia, quæ dixerant, non factis adhuc declarabant mysterium purificationis, Ductor noster semper charitativus, semperque relictus tum scientiæ, tum bonis affectibus, voluit exponere nobis adhuc alia, quæ visa sunt nobis pulchriora, magisque proficua. Et ecce illorum partem aliquam.

ARGUMENTUM.

*Mysterium Purificationis Sanctissimæ Virginis
Festum est occursum.*

ARTICULUS IV.

Tria genera mirandorum occursum sunt in mysterio Purificationis.

Antiqui appellabant magnum hoc Festum *Hypapante*, id est, diem occursum, & non immeritò: Profectò enim videtur, omnem mysterij hujus decursum non esse aliud nisi concursum plurium occursum.

Observavi illorum tres majori consideratione dignos. Primus est occursum oculorum: Secundus est occursum cordium: Tertius est occursum manuum. In primo oculi Patris æterni occurrunt oculis Filij sui Unigeniti, qui reciproco se in-

vicem

vicem aspiciunt intuitu planè admirabili: Secundò Cor Infantis JESU, illudque sancti Senis Simeonis sibi invicem occurrunt, & producant amoris affectus nobis proflus amabiles. In tertio manus Sanctissimæ Virginis Matris, & illa sui Filij Unigeniti sibi invicem occurrunt, & reciproca sibi exhibent dona & munera, quæ sunt inestimabilia. Et hæc omnia bene intellecta declarabunt vobis maxima prodigia, quæ eximiam Majestatem conferunt huic mysterio purificationis Sanctissimæ Virginis.

Sed ut intelligamus, sicut oportet, occursum oculorum Patris & Filij, observandum est, duos admodum diversos divinorum horum oculorum esse occursum; unus illorum contingit in æternitate, & alter in tempore. Mysterium ineffabile Trinitatis consistit in occursum oculorum Patris æterni, & Filij ipsius Unigeniti. Pater non habet oculos, nisi pro vivâ hâc divitiæ suæ pulchritudinis imagine; is respicit ipsum infinitâ cum delectatione, is effundit se totum in ipsum; exhaurit se, ut det ipsi totam suam essentiam, & omnes suas adorandas perfectiones, & ut cum sancto Zenone loquar, recipiat se in ipsum. Filius ex parte suâ non habet oculos, nisi pro Patre, charissimo hoc essentia suæ principio; neuter duorum inferior est altero, neuter alteri quidquam

debet, neuter amborum dependet ab altero, non habent ambo nisi cor unum, unum amorem, unamque voluntatem, & hic amor, quem ambo producant, tam est perfectus, ut sit unus DEUS, æqualis in omnibus suo principio; & hic est Spiritus Sanctus, quem nominare possem fructum occursum oculorum Patris & Filij: Occursus æternus, invariabilis, omnipotens! verus fons vitæ & gaudij DEI! Ecce magnum mysterium æternitatis, occursum oculorum Patris & Filij. O contemplativi, quàm sublimis est occupatio vestra, quando imitari contenditis reciprococ aspectus Patris & Filij, ad succendendum ignem prorsus divinum in corde vestro!

Alius ipsorum occursum oculorum fit in tempore, ratione omnino novâ & prorsus aliâ, quam fiat ab ijs in æternitate; siquidem non ampliùs se invicem aspiciunt velut æquales & à se mutuo independentes; sed Pater respicit suum Filium, velut suum subditum, suumque servum; & Filius aspicit suum Patrem, velut supremum suum Dominum, suumque DEUM: Pater, dum aspicit suum Filium in æternitate, dat illi omnia, & nihil recipit ab ipso; & Filius dum aspicit suum Patrem in tempore accipit ab ipso omnia, & etiam illi dat omnia.

DEUS Pater nunquam viderat per totam æternitatem, DEUM se ad.

Pppp 2

Pater & Filius aspiciunt se invicem in tempore, aliâ ratione, quàm in æternitate.

Dens videt in tempore id, quod

Aspectus reciprocus Patris & Filij in Trinitate producit omnino infinitum.

Quam
viderat in
personâ Fi-
lij sui.

adorantem, sibi que obedientem: sed hoc videt in tempore, in personâ Filij sui Unigeniti, potissimum in mysterio purificationis, ubi Filius DEI in Templo adoravit DEUM Patrem suum, illique obtemperavit. Nunquam etiam Deus conspectus fuerat inferior DEO, nec obligatus impendere ipsi honorem supremum; & tamen Filius Unigenitus omnibus hisce obligationibus se videt obstrictum. Nunquam divina providentia se impenderat ad gubernandum DEVM, & prospiciendum ipsius necessitatibus; & modò dignissimo hoc ipso perfungitur munere, & ipsemet DEVS dependere vult à dispositionis suæ providentiæ.

Filius DEI
submitte se
legi ut nos
instruat.

Hem! quid hujus indigni Domine? Non indigni, diceret tibi, sed tu ipsemet hujus indigebas; in tuum enim commodum ad hunc redactus sum statum. 1. Nesciebas, quid esset submittere te DEO, eòquòd Lucifer te docuerit, ut prætenderes esse similis illi: oportuit ergò proprium Filium DEI, Patri suo æqualem, docere te Exemplo suo, & doctrinâ suâ, ut annihilares te coram ipso. 2. Non cognoscebas sublimem statum alicujus animæ perfectè DEO subjectæ; statum, qui ad eòd dignus est infinitâ Majestate DEI, ut in hoc suam inveniat gloriâ & tuam, quam extra hanc inveniret nunquam. Pondera bene magnam hanc veritatem, & addisces pluri

estimare statum, in quo divinæ ipsius te subjicis Majestati, quam si Monarcha fores totius universi.

Non potest DEVS suos avertere oculos ab animâ, quam aspicit in hoc statu; tantùm sibi complacet in aspectu ipsius; sed quàm turpem ingratiitudinis incurrit notam, si maximam suam in hoc non collocet felicitatem, reciprocè aspiciendo ipsum!

Si haberes filium tibi tam charum, ut semper oculos in ipsum defixos haberes, & ipse tamen aspiceret te nunquam: Si speciali curâ invigilares ijs omnibus, quæ concernunt ipsum, etiam in rebus minimis, & ipse nec minimâ tangeretur eorum curâ, quæ tua fovent & promovent commoda: Si non cessates tuis ipsum obruere beneficijs, ita ut consignasses ipsæ omnium tuarum possessionem facultatum, & ipse tam alienus esset ab eo, quia tibi pro suis rependeret grates, ut potius ad te offendendum impenderet hæc omnia: quid dices, quidque cogitares de ipso? Quid cor tuum ad hoc responderet mihi?

Jam tu ipsemet es filius hic tam ingratus: Pater tuus cœlestis eòdque amat te, ut continuò te aspiciat, ut nunquam suos oculos vel unico momento avertat à te: Et tu ingratus nunquam, vel quasi nunquam aspicias ipsum: Te præcipuè prosequitur curâ, paterna ipsius Providentiâ, quæ nihil tibi patret de-

Scelus sub-
limis ani-
mæ bene
subjectæ
DEO.

Phil. 4.
Dorothea
in Julia
D.

Ingratitu-
do nostra
maxima
& detesta-
bilis.

Phil. 4.

deesse, imò nec patitur capillum capitis tuicadere in terram, quin illius suscipiat curam; & tu non magis ipsius recordaris, ac si tibi nihil omninò esset: Ipse prodigè obruit te bonis suis, tibi que alleviat, quòd disponat & conservet, tibi regnum æternum; & tu tam parum id agnoscis, ut ipsi ne quidem cogites rependere grates imò deterius adhuc facis, cum frequentissimè offendas ipsum. Itane id pati velles à filio tuo, qui tibi æqualis est in natura; & hanc inferre audeas injuriam ac contemptum Deo, qui infinità ratione excedit & atollitur supra te? pò ingrate pò ingrate pò indigne, qui portos gloriofum nomen Filii Dei!

Nónne audis acerbas querimonias, quas propterea facit in scripturis? *De cælo respexit super filios hominum, ut videret, si est intelligens aut requirens Deum; sed videt sui omnes oblivisci, ab omnibus se contemni, neminem esse, qui sibi intendat, quòd tantum ipsi displicet, ut illos indignos judicet, quos filiorum suorum compellet nomine, propterea vocat illos filios hominum:* Hinc etiam alibi severè redarguit illos: *Filii hominum usque quò gravi corde, ut quid diligitis vanitatem & queritis mendacium? usque quò cor grave vobis erit velut lapis, & levis animus velut atomus aeris? usque quò non nisi vanitate vos pascetis, non magis memores mei, quam si*

novissimus & contemptissimus forem rerum omnium? Nónne hoc verum est? provoco vos ad testimonium conscientie vestre: Nónne propriò vestrò Experimentò vobis constat continua, in qua vivitis, oblivio Dei, ipsamque quasi ex omnibus esse, de quo cogitetis minimè? Omnis vestra vita nónne quasi delabitur tota in oblivione Dei perpetua? plerique non vertunt sub hoc gravi culpa; sed quòmodo dicere audebimus, amate nos Deum ex toto corde nostro, ex totà mente nostrà, & ex totis viribus nostris, si nunquam cogitemus de ipso! prò quanta cecitas, si huc quis decidat!

Hem, quid igitur faciendum? *Exercitium Amplectamur exercitium tam eximium, tamque proficuum, quò recordemur, quòd Deus nos aspiciat & omni tempore & omni loco. Edquòd Deus sit præsens, nòsque aspiciat, aspiciamus etiam ipsum continuò, quantum possibile nobis erit, & sæpiùs nostram adhortemur animam in arcano cordis sui: Anima mea, quid cogitas? an immorandum vanitatibus? recordare Dei aspicientis te, aspice tu quoque Deum; ipse cogitat de te, cogita tu quoque de ipso; cor ipsius plenum est amore erga te; cor tuum quoque amore sit plenum erga ipsum; redde saltem ipsi, quòd tibi dat, ut det tibi semper quòd ipsi reddis. Felix anima, cujus oculi occurrere & obviare*

Pppp ; sic

sic nōrunt oculis Dei sui; hāc erit cordium occurfus. Audi, quid
namque ratione facilis ipsi quōque tibi de hoc dicturus sum.

ARGUMENTUM.

*Occursus cordis infantis JESU cum corde boni
senis, Sancti Simeonis.*

ARTICULUS V.

Depingitur Pater æternus sub
immagine alicujus senis,
quamvis reipsā magis se-
nex non sit Filio suo Unigenito,
nec unico instanti naturæ, cum am-
bo unam eandemque habeant æ-
ternitatem: Et S. Paulus similiter
depingit nobis peccatorem sub fi-
gurā alicujus lenis: *Veterens homi-
nem*; & non sine ratione, eodquod
peccator perdidit suum Vigi-
tem & mortis factus sit spoliū.

Ad Coloss
3. v. 2.

Bonus se-
nex Simeon
repræsentat
Patrem.

S. Bern.
Senas,

Intuemur in Templo quendam
senem, tenentem in gremio suo
Filium Dei; Et est S. Simeon, qui
offert Deo Infantem JESUM, quem
accepit è manibus Sanctissimæ
Virginis Matris ipsius. Quem re-
præsentat hic senex? an est imago
Patris æterni, tenentis Filium suum
Unigenitum in gremio suo? an ve-
rò imago peccatoris est, cui Filius
Dei se dat ex magnā misericordiæ
sue abundantia, eo nomine egre-
diens è sinu Patris sui æterni, ut ve-
niat ad ipsum? Et utrumque: Est
imago Patris æterni, cum teneat in
sinu suo Filium Dei; est etiam ima-
go hominis peccatoris; & idèd S.
Bernardinus ipsum aspicit, velut

*deputatum ac Legatum totius na-
tura humana.*

Quando considero Filium Dei
in sinu Patris sui æterni, ubi video,
quod infinitā ratione ipsum ameri,
cum non habeat cum ipso, nisi
unam eandemque voluntatem, ni-
si unum eandemque amorem, non
nitor, ipsum hīc quietere videas,
velut in Centro suo, eodquod divi-
nus ipsius Pater infinitā ratione sit
amabilis: Sed quando ipsum in-
tucor in sinu hominum peccato-
rum, in Personā Simeonis illos re-
præsentantis, quodque pondus
amoris infiniti ipsum rapiat & im-
mergat in hanc abyssum miseræ,
quæ merebatur non nisi ipsius con-
temptum ac odium æternum, in-
finitā ratione ipsum magis admittit
totus id videns hæreo attonitus, ni-
hilque hīc comprehendō. O mi-
raculum maximam! ô prodigium
incomprehensibile bonitatis Dei!

Infans JESUS, qui egreditur to-
tus exstans flammis & ardoribus
è sinu Patris sui æterni, avolare avert
in sinum tuum, abreptus pondere
ejusdem infiniti amoris, quo fer-
tur in Patrem suum; eodquod jux-
ta nos.

S. Simeon
est etiam
imago pec-
catoris.

Cor tot
is hinc
tu, qu
de illi
de J. B.

Filius Dei
non habet
nisi eun-
dem amo-
rem ergā
Patrem

ta doctrinam S. Thomæ à totâ Ec-
clesia receptam: *Pater & Filius*
amare dicantur Spiritu Sancto &
te, & nos: Non habet ipsa nisi
eundem amorem ad amandum
DEUM Patrem suum, nosque
amandum: Ipse hic cor suum dat
peccatoribus; ad jungendum cum
eis amicitiam reciprocam, & pro-
gignendum amorem tenerum non
minus ac ardentem. Et ecce prin-
cipium infansatorum bonorum, qui-
bus locupletare nos dignatur; &
ideo apparet hodie inter brachia
& pectus Sancti Senis Simeonis.
Cogita hæc tua esse brachia, tuam-
que pectus, quia tuus est depu-
tatus, tuusque Legatus.

Hem! quid cogitas, qualisnam
fuerit occursum, qualisque consen-
sus cor inter boni Simeonis, &
amatosissimum cor JESU Infan-
tis? Quando is sensit divinum hunc
ignem, hunc æstam, magnūque
hoc incendium, qui ipsius se insi-
nuavit pectori; quid cogitabat?
quid tunc experiebatur? quid fa-
ctum est cum illo. Eheu! nil po-
terat amplius; conflagrabat amo-
re, & moriebatur præ gaudio; non
erat amplius nec sui, nec in se;
desungi vale vitæ, totusque defi-
ciens colliquescit dulcore, quo
dissolvitur cor ejus: Nonne au-
dis ipsum loquentem; videtur vox
esse agonizantis jamjam exspiratu-
ri: *Nunc dimittis Domine, nunc*
dimittis servum tuum, in pace; ac
dicat; satis est, Domine; satis est,

hoc sinas me egredi mundo; vive-
re amplius non possum, postquam
oculi mei viderunt salutare tuum;
serendo non sum bonitatis tuæ &
amoris tui erga me excessum; cedo,
fateor me victum, fructe victoriæ
tuæ; age triumphum de hoc cor-
de, quod moritur præ dolore,
quod satis non flagret amore,
tuo ut possit respondere; eja to-
tum consume illud divinis flam-
mis tuis, quibus id jam adussisti;
consolatus moriat in osculo pacis:
Nunc dimittis in pace. Ah JESU!
Ah beate Simeon! Quid vestra sen-
serant pectora in hoc cordium ve-
strorum occursum? Quid viderat
vobis de hoc fratres mei! quid cir-
ca hoc cogitatis!

Credo facillimè, nec unicum ex
omnibus nobis esse, qui non de-
siderasset ex toto corde suo, boni
hujus senis occupare locum: ð
quanti æstimassem ejusmodi felici-
tatem! Amplexari brachijs meis,
sicut ipse, Filium Unigenitum Pa-
tris æterni; Filium Unigenitum
Sanctissime Virginis, gaudium
Angelorum, salutem mundi, &
pretium Redemptionis omnium
peccatorum; videtur mihi, mori-
turum me fuisse, non minus ipso,
præ gaudio & amore. Sed non-
ne eadem est nobis felicitas! non-
ne æque ac ipsi recipimus eundem
Infantem JESUM, eodem quo ip-
sum tunc adussit, igne accensum?
nonne hodiendum adhuc porrigi-
tur nobis in sacrâ commatione?
non-

nōne recipimus ipsum' intra nostra brachia, & nostra super pectora? Eheu! sufficeret hoc ad mandandum nos divinarum consolationum abundantiam.

Pondera
Hoc bene,
quando
communi-
cas,

Intuere ipsemet, quantò majoribus prosequatur nos blanditiis, quàm fuerit profecutus Sanctum Simeonem; non contentus est venire nostra inter brachia, & nostra super pectora; sed in nostra intrare vult ora; non sufficit hoc; descendere vult usque in ipsa pectora nostra, & hospitari vult totus vivus, totusque amare nostri succensus in intimo cordis nostri; & ut se accommodet infirmati nostrae temperat nimios Majestatis suae splendores, seque eo nomine obvelat sub speciebus Sanctissimi Sacramenti; & nos insensibiles sumus ad immensas has à Deo amoris in nos effusas bonitates. Quid dicendum ad hoc? Non nisi unum, sed verissimum verbum; nempe quòd Christiani sumus sine fide. Quanta nostra debet esse stupiditas! quanta glaciei nostrae duritia, ut tanto ex igne non dissolvamur? ò eor ò glacie concretum & marmore, quid dicere posses ad hoc? Ipsemet, ò homo considera, quid asserere poteris excusationis de horrenda insensibilitate tuà, quando tibi illam acerrimè exprobrabit Deus.

Majores re-
cepimus
favores S.
Simeone,

Nonnisi semel excepit ipsum Simeon brachijs suis, & Sanctus hic vir pro gaudio mortuus est &

amore; tu millies recepisti ipsum in medio tui ipsius; & ingratus, nihil tangeris nihil moveris ex eo? an dices ad te excusandū; Simeon videbat ipsum proprijs suis oculis; sed ego non video ipsum? ubi est ergò fides tua? Nonne palàm profiteris, credere te firmiter realem praesentiam JESU Christi in Sanctissimo Altaris Sacramento; eundemque Filium Dei, quem Simeon suis stringebat brachijs, tibi in Persona dati in Sanctissimam Eucharistiam? Nonne firmiter credis hanc veritatem? Non intueris id quidem tui corporis oculis, sed id vides tua oculis fidei: Et hi oculi nonne magis certi, magisque absque comparatione acres sunt oculis carnis? dicere, quòd id non videas, est dicere, non habere te fidem; nec excusatio haec est, quā culpā te liberet, sed crimen est, quo te condemnes; oportet enim habere te illam. Magna igitur attentione aspiciendus est oculis fidei, eò quòd sit hujus per antonomasiam ingens mysterium, uti verbis expressis profiteretur Ecclesia in Calicis Consecratione: *Mysterium fidei*: Non est igitur serè semper, nisi defectus fat firmā fidei, quòd non intueamur ipsum tam realiter quòque praesentem in pectoribus nostris, sicut fuerat in brachijs Sancti Simeonis. Et tandem nonnisi ex eo, quòd ita videamus ipsum manemus insensibiles.

Sed unde oritur, interrogavit *Causa ad Me. str. in*

Methodius, quod fides, quam esse oportet maximum nostrum lumen sit tam obscura in mentibus nostris; adeoque gratitudinis affectus erga bonitatem Dei, quibus aestuare deberet cor nostrum, sint tam frigidi, ignavi ac stupidi; quamvis audacter dicamus, nos credere, & hujus quoque demonstrationes quasdam exhibeamus externas, quæ alium non progignunt affectum, nisi quoddam eandem tenere nos faciant miserabilis vitæ formam, quæ semper ferè maneat expers tum cognitionis, tum sapientis Dei.

Eheu! an mirum sit? respondit ipsi Mercurius noster, non habemus cordi, nec attendimus, ut intendamus blanditijs Infantis JESU, sicut id fecit Sanctus Senex Simeon, eoque absumus longissimè à bonis dispositionibus, quas habuit ipse, quæque annotantur in Evangelio: Considera, quomodo loquatur de ijs: Simeon justus & timoratus expectabat redemptionem Israël, & Spiritus Sanctus erat in eo: quodlibet Verbum penicilli est tractus mirificè delineans ipsum.

In primis erat vir justus, observans tam exactè legem Dei sui, ut magis abhorruerit minimum peccatum, quàm mortem ipsam; & nos, nos tantis scatemus peccatis, forsatis non criminibus hisce enormibus, quæ nunquam non trahunt post se infamiam, & sapientis

etiam infernum à quibus custodire nos conamur, potius tamen ob propriam nostram utilitatem, quàm ex intuitu Dei; parvi enim æstimamus alia peccata, quæ appellamus venialia, eoque nostram minus lædant utilitatem, quamvis abominandæ sint injuriæ, quibus afficimus Deum; Et hoc nullatenus est, esse justum.

Secundò erat timoratus, id est, erat conscientia tam tenera, ut tollerare non posset nævum culpa minimum, curamque gereret in omnibus, ne minimam in se displiceret Deo non ex inquieto illo, scrupuloso & anxio timore, qui torquet animas, illasque privat pace internâ, sine quâ degustari nunquam potest Deus; sed ex timore quodam filiali, plenòque amoris, qui roborat animam, illamque consolatur. Et nos, qui audaces prorsus in malum, timidi & ignavi, quando faciendum est bonum, an timoratis meritò accenseamur?

Tertiò expectabat Redemptionem Israël, id est, nihili pendendo res præsentis, sese alebat speculci suum aspiciendi Salvatorem. Ipse hunc expectabat, certitudinem habens, à Deo, non cessuram se satis, quin suis frueretur votis, & perfectâ hæc potireretur felicitate: Et nos nihili æstimando alterius bona vitæ, toti distinemur, quin & absorbemur solitudine ac curis immundi hujus mundi;

Quantò magis similes fuerimus bono Simeoni, tantò magis erimus dispositi ad sacram communionem.

di; non nisi rerum presentium aucupamur oblectationes; per turis & caducis inhaeremus bonis, affixi terrae, aeternorum bonorum quasi omni exuti spe & expectatione: Nonne igitur & in hoc opponimur illi?

Tandem & Spiritus Sanctus erat in eo: id est, Spiritus Sanctus erat quasi anima animae ipsius, dirigens ipsum in omnibus vijs ac semitis ejus. Et nos referti sumus toti Spiritu mundi, oppressi amore proprio, qui facere nos cogit id omne, quod ipsi placet. An igitur admiratione percellat nos, ignava & vecors insensibilitas nostra? Amplectamur eandem, quantum

poterimus, dispositiones, quibus fuerat instructus Sanctus Senex Simeon, quando excepit Infantem JESUM brachijs suis: Simus justitiamorati, expectantes & sperantes res caeli; Et si ultra hoc Spiritus Sanctus repleverit corda nostra, eosdem habebimus affectus & sensa, excepturi eundem Infantem JESUM in cordibus nostris per sanctam Communionem.

Sic perquam digne locutus est de occursum oculorum, tum cordium; ut suis stare promissis, residuum erat, ut loqueretur nobis de occursum manuum; & ecce, quam ratione de hoc suum formaverit discursum.

ARGUMENTUM.

Occursus manuum Sanctissima Virginis cum illis Infantis JESU.

ARTICULUS VI.

Quando manus Dei & manus Sanctissimae Virginis sibi invicem occurrunt, simulque concurrunt, ad perficiendum unum idemque opus, judicari potest, quantum id sit perfectionis, quantum momenti ac ponderis. Jam ecce ambo accedunt Templum: Quid magni operis molientur ibi? Tractatum eunt cum Majestate Dei in loco totius orbis augustissimo: ambo suas relictas habent manus thesauris maximis; eoquod praestanda incum-

bat ipsis perquam magna solutio, tamque res pretiosa sint illis emenda, ut valoris & pretij sint infiniti.

Filius manus habebat plenas pretio infinito, quod solvere debebat ad redimendos omnes peccatores, juxta rigorosam legem justitiae Dei Patris sui: Et Mater portabat in manibus suis pretium, quod expendere debebat, ipsa ad redimendum primogenitum suum, juxta quod Leviticorum Lex praeeperat. *Primogenitum tuum pretio redimes.*
Cujus

Cujus ponderis igitur admirandum hoc erat negotium, quod tractabatur ex occurſu manuum Matris & Filij Dei, cum actum fuerit de redimendis non ſolum cunctis peccatoribus, ſed etiam de redimendo ipſorum Redemptore.

*Mis Chri-
ſtu dat ſe
tam inte-
grum ad
no redi-
modum
magno pre-
tio, & qua-
rit*

D. vine JESU, Omnipotens Redemptor hominum, ad te porrigimus manus, & in te ſolo collocamus omnem ſpem noſtram: Tu eo nomine veniſti è cælo in terras, ut nos redimeres: Tu te iſtis coram Majeſtate Dei Patris tui eum ob finem; nos pluribus obſtringimus ipſi nominibus, quàm ut hæc debere poſſimus, ſolve pro nobis, nõsque redime: facit iſ illud tantà cum abundantia, tamque magnificà cum liberalitate, ut non ſolum det omnia ſua bona, ſed totum integrum det ſeractiſum, & abſque ullà reſervatione. O munificentiam amoris incomprehenſibilem! O exceſſum bonitatis! Ô ſtupendam miſericordiæ abundantiam!

*Valor ani-
me ſoltra
ut magis*

Nõne vides, ſapientia infinita, te dare nimium? Eheu! nullius valoris nos ſumus, tu probe id nõſti; Et minima ſolutionis tuæ pars multò majoris erat pretij, quàm tota natura humana. Id novi, reſponderet tibi; ſed conſultò redimere te volo *pretio magno*: ut agnoſcas, quanti tuam æſtinem animam, cum tantum illi deſignem pretium; tibi que oſtendam, quàm ardentè te poſſidere deſiderem.

Sed adorande mi Salvator, ſi tanto emis id pretio, quòd nullius eſt valoris, quid dari, quid expendi poterit ad te redimendum, qui valoris es infiniti? eò quòd oporteat te ipſum redimi, cum ſis primogenitus & ita lex præcipiat: *Exod. 13. Primogenitum tuum pretio redimes. v. 13.*

Veni Sanctiſſima Virgo, obſequere huic Legi, redime Filium tuum Unigenitum, redime Redemptorem omnium peccatorum: Tu nõſti ipſius valorem; quid dabis, ut compares tibi ipſum? Eheu! redimit ipſum pretio vilifſimo; non omne Indiarum dat aurum, non omnes Orientis margaritas, non coronas dat & imperia; nonnifi duos pendit & expendit turtures, & nonnullos argenti Siclos. Si Deus caro veniret pretio, impenſas nemo faceret ad comparandum illum; desperarent pauperes de ipſius poſſeſſione, eò quòd non haberent, unde emereut; divites ipſi, qui plerumque ſunt magis avari, de faciendis ſibi conquererentur impenſis: plurimi in mundo, quibus ſummè vileſcit, nollent ipſum tanti emere, quanti pugillus eſt paleæ. Et tandem nemo non ſe excuſaret, ſi magni conſtaret Deus.

*Cur juſte
Chriſtus
redemptus
ſit vilis
pretio à ſa. Virg.
glat.*

Sed ô prodigium bonitatis ipſius! qui nos tantò redimit pretio, tam parvo impertitur ſe nobis, ut nullus ſit pauper in orbe, qui ipſum comparare non poſſit facill. me. Vis nõſſe, quo ſit pretio & quanti

s. Augustis, confiter, ut habeas ipsum? Sanctus Augustinus dat desuper responsum nemini non summè consolatorium, eò quòd facillimam omnibus reddat ipsius acquisitionem: Audi, quid respondeat: *Tantum valet, quantum habes, da te illi, & habebis illum.* Respectu tui nec majoris nec minoris est, quàm quòd habes; pretium ipsius accommodat se tibi; da ipsi totum, quòd es, & tanti commisti ipsum, quantum desiderat.

Pauperes
fatis ha-
bent, & di-
vites non
fatis habent
ad emendū
bonum in-
spitum.

Venite pauperes, venite confidenter, ne metuatis repulsam, abundè est vobis ad emendum Deum, modò totum deris illi, quòd habetis. Venite divites, & habebitis illum; sed ne credite, habituros vos illum, pretio pauperum; nullis parcite impensis, quando dederitis totum, quòd habetis, non erit nimium, ad acquirendam inestimabilem possessionem Dei: *Tantum valet, quantum habes.*

O Deus bone! quàm nova hæc forma est justitiæ, ubi non attenditur valor ipsius rei, sed potentia ejus, qui illam vult habere; sive det multum, sive det parum, haud refert, modò det, quòd habet. Verum igitur est, neminem esse vel nimis pauperem, vel nimis divitem, ad acquirendam, si velit, possessionem Dei. Ditiores emunt ipsum cætius, & pauperiores minus carò ipsum emunt; nonnullis stetit magnis divitijs, muneribus, honoribus, dignitatum gradibus;

quæ omnia oportuit ipsos dare, ut sibi compararent possessionem Dei: Alijs contra stetit nonnisi minimo, exiguis rebus, ac omninò laceris, & exesa jam putredine naviculâ; nec compulsi sunt ad plus dandum, quàm hoc parum, quòd habebant.

In negotiatione mundi divites emunt facilius quàm pauperes, cum plus habeant, unde solvant; sed in mercaturâ cæli facilius emunt pauperes, quàm divites, eò quòd minus habeant, quòd solvant. Nonne etiam videmus, quòd Evangelium illos declarat Beatos, asserens ipsos esse divites possessione regni, eò quòd possederint nihil. Hem, unde id emerunt? emerunt id pro nihilo, quia nihil habuerunt, & quia coacti non sunt dare plus, quàm habuerint. Deplorat eò contrâ infelicitatem divitum, quando dicit, prodigium esse, si intrent in regnum cælorum, & unquam acquirant possessionem Dei, eò quòd plus solvendum illis sit, & dandum id omne, quòd habent: *Tantum valet, quantum habes.* O vae! vae vobis divitibus! quàm difficile est vobis acquirere possessionem Dei, eò quòd divites sitis nimium, ad illud emendum? oportet vos dare omnia, quæcunque habetis: Hem! quâ ratione vos resolvatis ad præstandum tam ingentem solutionem?

Apostoli, Sanctus Petrus & Sanctus Andreas, Sanctus Jacobus & Sanctus

Sanctus Joannes, qui omnes simplices erant piscatores, emerunt illud tam facile, ut emptiois partem fuerit peractam unico verbo, eoque nil habuerint, quo solverent: sed dives ille adolescens, cuius mentionem facit Sanctus Matthæus, obtinere nunquam potuit emptiois suæ finem, eoque nimium dives esset ad solvendum id, quod fuerat impendendum, sibi que depromendum è marsupio: hinc abs eo, quod quidquam faceret, recessit tristis, & mansit afflictus. O quantam tristitiæ hujus habuit causam! Nènnè ipsemet Dominus tantâ ex eo fuit motus commiseratione, ut suspiraret amarissimè, gemeret ac defleret infelicitatem illius, aliorumque divitum, faciens desuper horrendam hanc exclamationem, quæ tremore concutere deberet omnes: *Filii mei, quàm difficile est divitem intrare in regnum cælorum; difficilius id ipsi est, quàm sit Camelo transire per foramen acûs! Hæc quomodo possit id facere? Non possit id unquam, nisi per ingens miraculum; requiritur ad hoc tota fortitudo brachij omnipotentis Dei.*

Munde obcæcate, munde stupide, ac prorsus hebes, eheu, tu nihil vides ex splendidâ hæc Evangelij veritate, quæ clarior est plenâ meridie; applauditur tibi, eoque dives sis; afficeris honore, eoque dives sis; promulgaris beatus, eoque dives sis; ipsemet compla-

ces tibi, teque constitutum credis in paradiso, eoque dives sis; interim astra cæli ingemiscunt & deplorant infelicitatem tuam, eoque nimium sis dives ad emendum possessionem Dei, adeoque proximus periculo, ne priveris illâ in æternum.

O Bone Deus! in quantas devolveris angustias! Dicas quidquid volueris, quicumque divitijs tuis apponis cor tuum, nec ab illis pro quocunque avellere id voles. Quarite effugia ex omni, quâ potueritis, parte, o mundi divites, vos estis perditæ: Si enim non creditis Evangelio, eritis damnati cum omnibus infidelibus: *Qui non credit, jam judicatus est; si illi creditis, eritis perditæ cum malo divite, eoque luculentis verbis dicat vobis, difficiliorem vobis fore introitum in regnum cælorum, quàm Camelo sit transitus per foramen acûs: Eheu! attende tibi, sed attende hic tibi bene; invigila æternitati tuæ, sed invigila illi bene. Validissimum hoc dilemma est: Sive credas, sive non credas, damnatus es. Defende te, quacunque ratione poteris, contra terribilem hanc veritatem, quære portam; quâ subducas te illi; quò magis id ponderabis, eoque magis id impossibile videbis.*

Hic Glycas, qui se offensum & etiam paulisper ex hoc discursu sensit perterritum (quia dives erat, & divitias adhuc accumulare quærebat; aucupabatur enim, anxie pin-

Joan. 2, v. 18.

Non nisi maximè cum difficultate salvantur divites.

Veritas dicitur sæpe offendit, sed propterea abstinendum a qua

superioriori peccato eminebat offensionem Dei, quam divites,

Tristes Dei deplorat infelicitatem.

Matth. 19.

citius peram afflicti- divitiam

Observa hoc exemplum, hincque discitium, & ac obcæcari te suas à divitijs,

est ab illius
annuntiis,
more.

que aliquod beneficium) reposuit, & voce admodum asperâ dixit: Ad quid dicere hæc omnia, nisi ut in desperationem agantur omnes, quis enim tandem est, qui.... Tandem melius, replicuit quantocyus alter, quin absolvere permetteret ipsum, quod dicere volebat; tandem melius, quod omnes mundi divites desuper desperent: Siquidem maximus mundi error est, quod semper intrare speret Regnum cælorum, plenus divitijs, reluctante Evangelio, & reluctanti- bus omnibus verbis ex ore JESU Christi, qui ipsissima est veritas, profectis. Tandem melius, quod ex sanctâ quâdam desperatione, quâ diffidunt, divites se simul & salvos esse posse, suis se exuant divitijs, omnem potissimum abstra- hant ab ijs cordis affectum, libera- liter disperantur illas inter greges pauperum, nonnisi necessaria reti- nentes, sicut omnes fecerunt San-

cti, qui vixerunt in mundo; vel etiam, quod omnino illas relin- quant, uti fecerunt Apostoli, ad sequendum tantò facilius JESUM Christum, & uti faciunt adhuc omnes, qui se devotent Monaste- rijs. Ecce laudabilem & sanctam desperationem, quam insinuare optarem cordibus omnium divi- tum in mundo: Sed heu, paucis- simos semper reperire est, qui pro- tuere velint in auspiciam adeo de- sperationem; siquidem sperabant semper non obstantibus ijs omni- bus, quæ dici possunt: Quod dif- ficile nimirum sit, divitem esse & salvum.

Sed revertamur aliquantisper, ut videamus, quid Sanctissima Vir- go fecerit in Templo, & qualis obtulerit munera, ad redimendum Filium suum Unigenitum, per quod concludemus, fructumque hauriemus ex totâ nostrâ Con- sultatione.

ARGUMENTUM.

Quid significent munera, quæ Sanctissima Virgo obtulit ad redimendum Divinum suum Filium.

ARTICULUS VII.

Documen-
tum datum
à Sanctissi-
ma Virgine
ad acqui-
rendam
possessionem
Dei.

Suppeditat hic Sanctissima Vir- go, quæ pauper erat, humi- lis & simplex, egregium sanè documentum divitijs, elatis, & sapientibus, illisque facilem sug- gerit modum acquirendi, si velint possessionem Dei, ita, ut non im-

pediantur vel suis divitijs, vel suis dignitatibus, vel suis scientijs. Si bene indagent, quid ipsa fecerit, videbunt illam nihil obtulisse ex his omnibus; ipsi sufficit offerre tur- tures, ad redimendum divinum suum Filium: *par. daturum, au-
dus*

duos pullos columbarum. Prout quanta absconduntur mysteria sub hoc solutionis genere! Lubens explanabo vobis aliquam illorum patrem.

Quid mysterium solitudinis turris à sanctissima Virgine dicitur.

Nihil magis est congruum ad emendandum Infantem JESUM, quam dare & offerre turtures. Innocens hæc avis tres habet qualitates sibi proprias omninò & speciales, quæ luculenter docent, qualiter dispositas esse oporteat animas, quætere, invenire, & possidere volentes Deum. Prima est, quòd tur-

tur fugiat strepitum & tumultum turbæ, loci que oblectetur solitarijs. Secunda est, quòd nunquam canet, quòd nunquam aspiciatur lata, sed semper audiatur gemens. Et tertia est, quòd semper amet, quod amavit semel: Unde oritur, quòd, dum patitur jaçuram vel absentiam suæ consortis, omne genus respuet consolationis. Talem oportet esse animam, quæ acquirere desiderat, & conservare possessionem DEI sui.

* * *

§. I.

Necessitas solitudinis pro bonis animabus.

Solitudo necessaria est volenti possidere Deum.

IN primis amare solitudinem, scilicet que abstrahere à magnis congressibus, turbis, ac multitudine hominum, absolutè necessarium est cuicumque volenti possidere Deum. Certum est, idque evidenter demonstrat experientia, quòd respirare infectum veneno aërem, non magis lethale sit corporibus, quam respirare aërem mundi (& præcipuè mundi magni) perniciosum est animabus. Non respiratur hæc nisi vanitas, nisi voluptas nisi maxima oblivio Dei, nisi maximus affectus erga carnis voluptates, nisi fastidium & summus contemptus rerum cœlestium. Ecce! omnia, quæ videntur, quæ audiuntur, quæ plerumque aguntur in congressibus mundi magni, & etiam in illis mundi parvi.

Non immeritò dicitur, populus esse bestiam centicipitem, esse quoddam monstrum, quod videatur habere genium & instinctum omnis generis animalium, idque sufficere solùm ad delineandum id omne, quòd irrationabile & immoderatum est in mundo. Si illud auscultes, nihil audies, nisi confusum clamorem canum, allatrantium prædas suas & ubivis suos infigentium morsus; nisi rugitum leonum spirantium vindictam; hinnitum equorum currentium post fœminas; sibilos serpentium habentium linguam & dentes virulentos, ad spargendum ubivis suæ venenum maledicentiæ; grunitum porcorum se volutantium in luto carnalium suarum voluptatum; crocituram corvorum iat

Populus est velut belua centiceps.

et. an.

cessanter clamantium, eras, eras cogitabimus de Deo, sed modò finatis me meo frui cadavere: Ecce id, quod auditur in inferiori mundo, id est, inter turbam & multitudinem populi. Hoc totum negotium est encicipsis hujus bestie, & inter hæc omnia non auditur vox turturis.

Plal. 38.
vers. 7.

Regiendus
aut suis il-
lecebris
mundus, si
quis potiri
vult Deo.

Sed quid videtur in toto hoc mundo magno, nisi spectacula vanitatum? Spiritus Sanctus asserit nobis, apud Plalten Regium: *Verruntamen in imagine pertransit homo*, id est, quod homines ex totâ vitâ suâ non faciunt nisi quandam imaginem, aliquam representationem, & meram fictionem, ejus quod non sunt: Homines hi personati, nunquam non alienâ utuntur veste, quasi continuam representantes Comœdiam, quam exhibent in magno hoc mundi theatro, ubi quilibet habere conatur vestimenta splendidissima quæ congrua non sint conditioni suæ, sed arti suæ: Non nisi contentunt exhibere personam magis insignem, quam possunt, non laborantes, ut magni sint reipsâ, beati & meritis repleti, sed ut appareant, nec aliam habentes emulationem, nisi ut illum extollant super alios, qui fuerit magis prodigus, magis gulosus, magis arrogans, magisque impius: Ecce tibi spectacula mundi hujus magni. Oculi turturis idonei non sunt, ut hæc intusantur.

Tandem de quo miscentur sermones in mundo? An de Deo? nunquam, nisi injuriam inferendo sancto ipsius Nomini per imprecationes & blasphemias, vel per contemptum & illusionem pietatis. Quæ occupatio est hominum? quæ sunt, quibus invigilant, negotia? Sunt ne illa salutis? Nunquam vel quasi nunquam: os non loquitur nisi ex abundantia cordis. Et quia cor repletum non est, nisi crepundijs terræ, negotijs, consilijs sese stabiliendi in hoc mundo, ac si egrediendum indè nunquam esset, necessitatibus corporis, & omnibus ijs, quæ spectant ad vitam animalem, ac si nobilitas haberent nihil, quam bestie, hinc verba nunquam faciunt nisi de his, divina autem & celestia alto involvunt silentio? Quâ ratione igitur anima invenire vel possidere possit Deum in regione, ubi nihil videt, ubi nihil audit, ubi nihil agit nisi de rebus, quæ ut les non sunt nisi ad illum sibi subducendum, & omnino tradendum oblivioni?

Fugite, fugite ô innocentes turtures, avolate, recedite in solitudinem: *Vox turturis audita est in terrâ nostrâ*; in silentio & tranquillitate nostri deserti invenitur DEUS, auditur & percipitur vox ejus, & maximâ cum libertate degustatur suavitas conversationis ipsius.

* * *

S. II.

§. II.

Obligatio, quam habemus ad gemendum.

Turtur non cantat, nec unquam auditur jucundum decurrere cæmen sicut luscinæ, nec velut aves aliæ, quæ vernaculo suo carmine & se oblectant & alios, qui modulantibus illis præbuerint aures. Turtur non nisi perpetuò gemit, & jucunditates relinquit alijs, sed gemitu suo perfecte delectatur, qui vices ipsi supplet omnium aliarum voluptatum.

Sic faciendum est omni bonæ animæ adhaerere volenti DEO in solitudine; delicia ipsius sunt, nullas habere in terris, nisi illas, quas haurit è cælo, quasque sibi impertitur DEUS. Quæcumque convertit ipsa oculos in hoc mundo, nil intuetur, quo invitetur ad jucundandum; sed omnia videntur ipsi excitare se ad gemendum, sive aspiciat, ubi sit, sive aspiciat, ubi non sit; sive recordetur, quid fuerit, sive prævideat, quid futura sit, quidve eventurum sibi. Tandem ubivis non nisi argumentum invenit & ansam gemendi.

I. Siquidem si aspiciat, ubi sit, est in velle lacrymatum, in nostro exilio, procul à suâ dilectâ patriâ, & privata clarâ visione Dei, quæ constituit omnes Beatorum Delectationes per omnem æternitatem; & quod his omnibus detertius est, circumfusam se videt millenis periculis, an bulare com-

pulsam in laqueorum medio, & præcipitiorum discrimine summo, in continuò perdendi se, & tecum perdendi Deum in omnem æternitatem periculo. Nónne hæc ingentia gemituum sunt argumenta? Insuper adhuc verum est, condemnatam esse ipsam, ut langueat & contabescat in miserabili hoc statu usque ad mortem, quin abbreviare vel imminuere possit ærumnas suas, aut nôsse, quamdiu hæc sint duraturæ. Nónne amatissimè gemendi, & cum Regio Psaltes David ansam habeat conquerendi: *Heu mihi! heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.*

II. Sive aspiciat, ubi non sit: Eheu! ipsa non est in centro suo; Ipsa non est in possessione certâ & securâ infiniti boni, quod expectat; promittit hoc ipsi DEUS, affecurat hoc daturum se illi, vult sperare hoc ipsam; illucque aspirare; sed ejusdem illi retardat fruitionem, & spes dilata videtur ipsam jam semi frustrata: Nunquam non attollit in altum oculos ad intendum illam felicitatis regionem, extra quam beata esse non potest, nec plenè contenta. Nónne maximam gemitibus id præbeat ansam? *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum!* usquequò non licebit mihi ingredi illuc? an semper languere & gemitu

Psalm. 119.
vers. 5.

Psal. 41.
v. 3.

re me sine in privatione amabilissima presentie tue? Morior praetudio, Domine, impone meam tormento meo, trahere me ad te. *Quando veniam & apparebo ante faciem Domini!*

III. Sive recordetur, quid fuerit: Inuictur hic innumerare gemituum argumenta: Quot enim commisit crimina, tot effundenda ipsi forent lacrymarum flumina. Eheu! inquit ipsa, quantis criminibus me reddidi obnoxiam, per totum decursum elapsae vitae meae! numerum illorum inire nescio, nisi quod sciam, illa transgredi capillos capitis mei: Nec minimam ipsorum cognosco partem, nec certam, me debitam vel de unico, cujus veniam obtinuerim, egisse poenitentiam: An verius & ubertius gemendi habere possit argumentum; eoque peccatorum nostrorum minimum meretur, ut nostris ex oculis faceremus duos fontes lacrymarum, per totum vitae nostrae decursum? O quam procul abest anima, quae solitudinis est amica, & paulisper praeteritae memor vitae, ab eo, ut caneret & jucundetur cum mundo; non intermissus ipsius gemitus, est tota ipsius felicitas, tota ipsius voluptas: *Peceavi, quid faciam tibi, & Custos hominum!*

IV. Sive suos emittat oculos in id, quod futurum est, considerans, quid aliquando futura sit,

vel quam obtentura forem; videbit, sibi suam concludendam fore vitam cum dolore ac mortis agone: Et exin deducta in momento ante tremendum tribunal Iustitiae Dei, percipiet lethali cum timore praeparatam sibi sententiam: Ipsa videbit se hic ad ostium magnarum duarum aeternitatum, cum tamen non sciat, cui in ultimo hoc consignanda sit momento, ut nunquam amplius egrediatur ex illa; & quando paulisper revocaverit in mentem omnes hosce gradus sibi necessario emetiendos, quin dispensare possit in ipsorum aliquo, agonem scilicet, mortem, iudicium Dei aeternitatem, in illorum quovis tantam gemendi invenit letetem, ut quando pluribus viveret saeculis, nihil unquam ageret aliud, quam quod gemeret in tota vita sua.

Simplex & innocens tuttur in gemitu in tua solitudine, & mundum cantare ac jucundari sine per aliquot momenta; ipsius gaudia in lacrymas convertentur aeternas; sed quantum ad te, gemitu, & aliud nil fac in tota vita tua. O quam merito id facis! sive aspicias, ubi sis; sive attendas, ubi non sis; sive recorderis, quid fueris; sive consideres, quid futurus sis: Gemitus amare super haec omnia, nec metue, his te gemitibus fore mandandam: Certum enim te facio, te inventurum plus dulcedinis, plus pacis, plus solidissimae consolationis.

Bona est
ma mag-
num in-
nit sol-
cium, ge-
mens co-
ram Deo in
sua solitu-
dine.

Crete
laurum
debet pe-
sio Di-

lacionis ita gemendo unica hora stilles omnia vana mundi gaudia
coram D E O , quam si degu- totius anni defluxu.

§. III.

*Debemus nos gerere in hoc mundo velut to-
sidem turtures.*

hanc tui-
na debet
develut
mura.

Turtur amat semper, quod ama-
vit semel. Si mors vel absen-
tia ipsam separat à per dilectâ suâ
conforte, idcirco separata non est
ab illius amore: hic solus ipse
est thesaurus, quo jucundatur uni-
cè; hunc cæteris omnibus perditis
conservat semper; privari vitâ po-
test, sed amore ipse privabitur
nunquam, cum æstimet hunc vitâ
suâ pretiosorem: Et ideo more-
retur potius, quam quod illo di-
missio alteri adhereret: ipsa mane-
bit sola, & non nisi semivivet am-
plius, cum à dimidiâ sibi ipsius sit
parte separata: Qui voluerint au-
ferre vel imminuere dolorem illi,
erunt ipsi consolatores importuni;
siquidem aliud facere non potest
totâ reliquâ supersite sibi vitâ,
quâ dolore, amare & gemere.

Omne Co-
lacionem esse
debet pos-
sibile DEL.

Ecce veram imaginem animæ
fidelis, adherere nolentis nisi Deo
soli in suâ solitudine: Illa totum
suum collocat solatium in possi-
dendo ipsum, conversando cum
ipso, & fruendo optatâ ipsius præ-
sentiâ, dum hanc illi dignatur ex-
hibere: quando illa advertit, ip-
sum esse secum, degustat illum; &
quando divinas ipsius recipit blan-
ditias, tunc suus satiatur amor, co-

quod cor ipsius fratur eo, quod
amat, gaudens, omne aliud Con-
solationis genus sibi esse fastidi-
o: Sed quando privati illam contin-
git ipsius præsentia; quando is re-
linquit eam privatam cognitione,
privatam sapore, & privatam usi-
tatis suis blanditijs, tunc verè ge-
mentem induit & agit turturam.

Ipsa amplius non habet, ut sibi
videtur, pretiosum thesaurum su-
um, semper autem habet amorem
illius: ipsa non amplius gustat
consolationem divinæ suæ præsen-
tiæ; aliam autem gustare non po-
test nisi ex eo, quod privata ma-
neat omni solatiò amore ejus. Ipsa
amabit semper, quod semel ama-
vit; amicitia enim, quæ finire po-
test, nunquam inceptit; id est, vera
amicitia non est, si non est æterna;
& si hoc dici potest de omnibus
alijs amicitijs, potissimum dicen-
dum est de amicitia DEI. Ex quo
is semel se demonstravit animæ, &
illius expugnavit & occupavit Cor,
quâ ratione cessare potest ab aman-
do ipso? quâ ratione amare potest
aliud? quâ ratione unquam frui
potest consolatione aliâ, quàm illâ
præsentia ipsius, vel gemere de
ejus absentia, expectans in pace
ipsum

Effectus &
signa amo-
ris bonæ
animæ.

ipſius reditum, quando placuerit illi.

Verum eſt, non eſſe hic propriè locum, nec tempus perfectæ fruitionis & poſſeſſionis DEI: Novit bona hæc anima, id futurum in cælo & æternitate beatâ, ad quam abſque intermiſſione ſua emittit ſuſpiria; & ided aliam conſolationem non quarit in terris, niſi quòd ſuſpiret, ſperet & aſpiret inceſſanter, uti ſanctus Rex David, qui in medijs aulae ſuae delicijs, nonniſi divinis ſuis ſeſe paſcebat mœroribus atque faſtidijs: *Fuerunt mihi lacryma mee panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie; ubi eſt DEUS tuus?* Amo & non fruor præſentiâ amati, quâ ratione me conſolabor? Quò confugiam, non habeo, niſi mea ſuſpiria, meâſque lacrymas, è quibus convivium ad-

Terra eſt
locus gemituum.

Pſal. 41.
v. 4.

orno mihi; ex eis bibo, ex eis manduco diu noctûque, ut meum nutriam amorem amaritudinibus abſentiæ ipſius, exſpectandò, quoad reficiat ſe denuò dulcedine præſentiæ ipſius.

Felix anima, quæ ſeparata à mundo guſtare non poteſt niſi DEUM in ſua ſolitudine, ſive præſentem, ſive abſentem: *Vox turturis audita eſt in terrâ noſtrâ.* In terrâ auditur vox turturis, dum anima ipſius imitatur gemitus, quoad poſſideat DEUM ſuum ibi in perpetuum. Ite amici mei, auſerte vobiscum hos turtures, quos dono do vobis ad emendum Infantem JESUM, ſicut Sanctiſſima Virgo dedit in Templo illos ad ipſum redimendum, poſtquam obtulit illum DEO. Et hic fructus fuit noſtræ Conſultationis.

Cart. 1. v.
11.

CONSULTATIO XX.

Virgo Nutrix, ubi oſtenditur munus momenti maximi, quo Fungebatur Sanctiſſima Virgo, quoad occupata tota fuit in ſolâ educatione Infantis JESU.

Reperire eſt, nescio, quid in ſylvis, quod recolligit mentem, illamque attollit ad DEUM, ita, ut quaſi cohibere ſe non poſſit, quin ſentiat aliam animæ ſuae diſpoſitionem in locis his

opacis ac ſolitarijs, quàm experiamur plerumque in congreſſibus, hominûmque familiaritatibus.

Sive oculorum intuitus, cum tantam non habeat libertatem divagandi latiùs, inſenſibiliter diſponat & dirigat animum ad elevandum ſe in altum, & inharendum